Non aliud est pater in natura lxiiii
quam filius et spiritus sanctus. Non
aliud est pater et filius et spiritus sanctus
quam pater in natura. quibus est una na
tura. Sed alius est pater in persona ali
us filius, alius spiritus sanctus. R

Gloria patri genitae que proli
et tibi com par utriusque
semper spiritus alme deus
om ni tem pore
se culi. A. Ja gaudiorum premia da
gratiarum munera dissolve litis
vincula adstringe pacis federa ...

In patre manet eternitas. lxv.
in filio equalitas in spiritu sancto eterni
tatis equalitatisque conexio. Utrique
omnis sunt in substancia. et eterni
ta omnipotentia. et deitate. Cre
dimus eundem filium verbum
dei eternaliter natum. de patre
... equalem patri per omnia
... natum ... de spiritu
... semper et u
...natum natu
...m ex patre eterna

alteram generatur temporaliter.
qui etiam filius dei sine car
nis corruptione conceptus est et
sine carnis nativitate natus est.
Eundem verum deum et
verum hominem unum
dominum Christum filium dei unigeni
tum, ipsum et perfectum in duabus
naturis in unius persone singu
laritate.

R. Honor vir tus et po
testas et imperium sit
trinitati in uni tate unita
ti in trinita te imperhen ni
siculo rum tempore.
Trinita ti lux perhennis
unitati sit decus perpetim. Inp
Karitas pater est gratia filius com
municatio spiritus sancti. o beata
trinitas. Cantate. Veritas est pa R
ter veritas filius veritas spiritus

sanctus. Dominus regnavit. A. Una igitur
pater logos paraclitus quia substantia
est beata trinitas. Caritate. Verbo domini
Evangelium. Erat homo ex phariseis.
Require in die inventionis sancte crucis.

R. Summe trinita ti sim
plici deo una divi nitas
equalis gloria coheterna ma
gestas patri pli
que sancto que flamini
qui totum subdit su
is or bem
le gi bus. V. Prestet no bis gra
ciam dei tas bea ta pa
tris ac nati pari ter que
spi ri tus al mus. Gloria.

A. Tibi laus tibi glo ria tibi
gratiarum actio in secula
sempiterna o be a ta
trini tas. V. Et benedictus
nomen glorie tue sanctum et
laudabile et superexal tatum. S.

R. Magnus domi nus noster et
magna virtus eius et sapien
tie eius non
numerus. V. Qui enumerat
multitudinem stellarum et omnibus
eis nomina vocavit. Et sapi. A.

O beata et benedicta et glorio
sa trinitas pater et filius et spiri
tus sanctus. Miserere miserere mi
serere nobis. O vera [illegible] a sem
piterna trinitas

benius ut demus homini dei
n͞ q̄cq̄ aliud. Rursum puer re
spondit sauli. et ait. Ecce inuen
ta: in manu mea quarta p̄s
stateris argenti demus hoi
dei. ut indicet nobis uiam
n͞ram. Et dixit saul ad pue
rum suum. Optimus sermo
tuus ueniamus. Et ierunt in
ciuitatem in q̄ erat uir dei. Cū
ascenderent cliuum ciui
ciuitatis inuenerunt puellas
egredientes ad hauriendā aq̄.
Et dixerunt eis. Num hic ē
uidens. Que responderunt
illis. Ecce ante uos festinat.
hodie enī uenit in ciuitatē
quia sacrificium ē hodie po
puli in excelso. Ascenderunt
in ciuitatem. Cumq; ambu
larent in medio urbis. appa
ruit samuel egrediens eis ob
uiam. ut ascenderet in excelsū.
D͞n͞s autem reuelauerat in
auriculam samuelis. ante
unam diem q̄ ueniret saul
dicens. hac ipsa q̄ nūc ē hora
cras mittā ad te uirum. de
terra beniamin. et unges eū
ducem sup̄ populum meū
israel. et saluabit populum
meum de manu philistinorū.

quia respexi populum me
um. Uenit enim clamor eorū
ad me. Cumq; aspexisset sa
muel saulem. d͞n͞s ait ei.
Ecce uir quē dixeram tibi iste
dominabit̄ populo meo. Comme
dit saul cum samuele. in die
illa. Et descenderunt de excel
so in oppidum. et locutus ē cū
saule in solario dixit. Strauit
q; in solario saul et dor
miuit. Cumq; mane surrex
issent. et iam dilucesceret.
uocauit samuel saul in sola
rio dicens. Surrexit saul egres
siq; sunt ambo ipse et samu
el. Cumq; descenderet in ex
trema parte ciuitatis. samu
el dixit ad saul. Dic puero
ut antecedat nos et transeat
nos tu autem subsiste pau
lisp̄ ut indicem tibi uerbū
d͞n͞i. Tulit autem samuel len
ticulam olei et effudit sup̄
caput eius. et deosculatus ē
eum. Et ait samuel ad saul.
Ecce unxit te d͞n͞s sup̄ heredi
tatem suam in principem. et
liberabis populum eius de
manu inimicorū suorū que
in circuitu eius sunt. Et h
tibi signum. Quia [illegible] te d͞n͞s
in principē.

Fratres. Humiliamini dcam iii sub potenti manu dei ut vos exaltet in tempore tribulationis. Dñi tene. Glar. cap

Prevaluit david in philisteo in funda et lapide in nomine domini. Magnificat. coll

Obsecrationem nostram qs dne benignus exaudi et quibus supplicandi prestas effectum tribue defensionis auxilium. p ℟ i

Post hec venies in collem dñi ubi est statio philistinorum. Et cum ingressus fueris urbem obvium habebis gregem prophetarum descendentium de excelso et ante eos psalterium et tibiam et cytharam ipsosque prophetantes. Et insiliet in te sp̄s dñi et prophetabis cum eis et mutaberis in virum alium. ℟ ii

Cum avertisset saul humerum suum ut abiret a samuele inmutavit ei dñs cor aliud. et venerunt hec omnia signa in illa die. Veneruntque ad predictum collem et ecce cuneus prophetarum obvius ei. Et [insiliv]it sup eum sp̄s dñi. et prophetavit in medio eorum. Videntes autem qui noverant eum heri et nudiustertius quod esset cum prophetis et prophetaret. Dixerunt ad invicem. Que nam res accidit filio cis. Num et saul inter prophetas. ℟ iii

Cessavit saul prophetare et venit ad excelsum. dixitque patruus saul ad eum et ad puerum suum. Quo abistis. Qui responderunt. Querere asinas. Quas cum non invenissemus venimus ad samuelem. Et dixit ei patruus suus. Indica mihi quid dixerit tibi samuel. Et ait sa[mue]l ad patruum suum. Indicavit nobis quia invente sunt asine. De sermone autem regni non indicavit ei quod locutus fuerat ei samuel. Convocavit samuel populum ad dñm in masphat. et ait ad filios israel. Hec dicit dñs deus israel. Ego duxi israel de egypto et eruit vos de manu egyptiorum et de manu omnium regum qui affligebant vos. ℟ iiii

Vos autem proiecistis hodie dñm nostrum qui solus salvavit nos de universis

autem operantium impinguabitur.
Verbum mendax iustus detestabi
tur; impius autem confundit et con
fundetur. Iusticia custodit in
nocentis viam; impietas vero sup
plantat peccatorem. Est quasi di
ves cum nichil habeat; et est quasi
pauper cum dives sit. Redemptio
anime viri divicie sue; qui autem
pauper est increpationem non sus
tinet. Lux iustorum l[illegible]ficat. Lucer
na impiorum extin[illegible]guetur. Inter
superbos semper iurgia sunt; qui autem
agunt deleuntur. S[illegible]stantia festi
nata minuetur; que autem pau
latim colligitur manu multi
plicatur. [illegible] de[illegible]tur alieni recipit
in fr[illegible] obligat. Qui autem
time[illegible] preceptum in pace versabitur.
Lex sapientis fons vite ut de
clinet a ruina mortis. Doctrina
bona dabit gratiam; in itine
re contemptorum vorago. Astutus
omnia agit cum consilio; qui
autem fatuus est aperit stulticiam.
Nuntius impii cadet in malum;
legatus fidelis sanitas. Egestas
et ignominia ei qui deserit dis
ciplinam; qui autem adquie
scit arguenti glorificabitur. De
siderium si compleatur delectat
animam; stulti detestantur eos qui

fugiunt malum. Qui cum sapi
entibus graditur sapiens erit; amicus
stultorum efficietur similis. Pecca
tores persequentur; et iustis retribu
etur bona. Bonus relinquit here
des filios et nepotes; et custoditur
iusto substantia peccatoris. Mul
ta cibi in novalibus patrum; et
alii congregantur absque iudicio.
Qui parcit virgam odit filium;
qui autem diligit illum instanter
erudit. Iustus comedit et re
plet animam suam; venter autem
impiorum insaturabilis. Sapiens
mulier edificat domum suam;
insipiens instructam quoque manibus
destruet. Ambulans recto itinere
et timens deum despicitur ab eo
qui infami graditur ab eo. In
ore stulti virga superbie; labia
sapientium custodiunt eos. Ubi
non sunt boves presepe vacuum
est; ubi autem plurime segetes
ibi manifesta fortitudo bovis.
Querit derisor sapientiam et
non invenit; doctrina pru
dentium facilis. Vade contra vi
rum stultum et nescit labia
prudentie sapientia. Stultus illudit
peccatum; inter iustos morabi
tur gratia. Cor quod novit amari
tudinem anime sue in gaudio

cuius non miscebitur extraneus. Domus
impiorum delebitur. tabernacula uero ius
torum germinabunt. Est uia que ui
detur homini iusta. nouissima
autem eius deducunt ad mortem.
Risus dolore miscebitur. et extrema
gaudii occupat luctus. Viis su
is replebitur stultus. et super eum
erit uir bonus. Innocens credit
omni uerbo. astutus considerat
gressus suos. Sapiens declinat
a malo. stultus transilit et con
fidit. Inpatiens operabitur stulti
ciam. et uir uerbosus odiosus
erit. possidebit paruulus stul
ticiam. et astuti expectabunt
sapientiam. Qui despicit proxi
mum suum peccat qui autem
miseretur pauperi beatus erit. Qui
credit in domino misericordiam diligit.
errant qui operantur malum.
Misericordia et ueritas preparant bona. In
omni opere bono erit habundantia.
Ubi autem sunt uerba plurima
ibi frequenter egestas. Corona sa
pientium diuitie eorum. fatuitas
stultorum imprudentia. Liberat
animas testis fidelis. et profert men
dacia uersipellis. In timore
domini fiducia fortitudinis. et fi
liis eius erit spes. Timor domini
fons uite. ut declinent a rui

na mortis. In multitudine populi
dignitas regis. et in paucitate ple
bis ignominia principis. Qui
patiens est multa gubernatur pru
dentia. Qui autem inpatiens est exal
tauit stulticiam suam. Vita
carnium sanitas cordis. putredo
ossuum inuidia. Qui calumpni
atur egentem exprobrat factori eius.
honorat autem eum qui mise
retur pauperi. In malicia sua
expelletur impius. sperat autem
iustus in morte sua. In corde
prudentis requiescit sapientia.
et indoctos quoque erudit. Iusticia ele
uat gentem. miseros autem facit
populos peccatum. Acceptus est
regi minister intelligens. iracun
diam eius inutilis sustinebit.
Responsio mollis frangit iram.
sermo durus suscitat furorem.
Lingua sapientium ornat scienti
am. os fatuorum ebullit stulticiam.
In omni loco oculi domini contempla
ntur bonos et malos. Lingua pla
cabilis lignum uite. que autem
immoderata est conteret spiritum.
Stultus irridet disciplinam pa
tris sui. qui autem custodit
increpationes astutior fiet. Do
mus iusti plurima fortitudo.
et in fructibus impii conturbatio.

na mortalitas tuis semper auxilius
et abstrahat angorius et ad salu
taria dirigatur. ℟.

Tobias ex tribu et civitate
neptalim. que est in superioribus
galileae super naason ad viam que
ducit ad occidentem. in sinistro
habens civitatem sephet. Cum
captus esset in diebus salmanasar
regis assiriorum. in captivitate po
situs viam veritatis non deseru
it. ita ut omnia que habere po
terat. cotidie cum captivis fratribus
qui erant ex genere suo impertiret.

Peto domine ut de vinculo im
properii huius absolvas me aut
certe de super terram eripias
me. Ne reminiscaris delicta mea
vel parentum meorum. neque vin
dictam sumas de peccatis meis
quia eruis sustinentes
te domine. V. Qui regis israel
intende qui deducis velut o
vem ioseph qui sedes super che
rubim. Nere ℟.

Cumque esset iunior omnibus
in tribu neptalim. nichil ta
men puerile gessit in opere. De
nique cum irent omnes ad vitu
los aureos. quos ieroboam fe
cerat rex israel. hic solus fugie
bat consortia omnium. et perge
bat ad ierusalem ad templum domini.
et ibi adorabat ad dominum deum is
rael. ℟.

Omni tempore benedic deum
et pete ab eo ut vias tuas
dirigat omni tempore con
silia tua in ipso
maneat. V. Me
mor esto fili quoniam
pauperem vitam gerimus
habebis multa bona si ti mu
eris deum. Omni

Omnia primitiua sua et decimas fideliter offerens, ita ut in tercio anno proselitis et aduenis ministraret omnem decimationem. Hec et his similia secundum legem dei puerulus obseruabat. R.

Memor esto fili quoniam pauperem uitam gerimus habebis multa bona si timueris deum. V. Fiducia magna erit summo deo elemosina omnibus qui faciunt eam. Habe-

Cum uero factus esset uir, accepit uxorem annam de tribu sua, genuitque ex ea filium nomen suum imponens ei. Quem ab infantia timere deum docuit et abstinere ab omni peccato. R.

Sufficiebat nobis paupertas nostra ut diuitie computarentur ... ista, et quia misisti filium ... uirga baculum senectutis nostre. V. Heu me fili ut quid te misimus peregrinari lumen oculorum nostrorum. Vad.

Tobias igitur cum per captiuitatem R. deuenisset cum uxore sua et filio in ciuitatem niniue cum omni tribu sua et omnes ederent ex cibis gentilium, ipse custodiuit animam suam et numquam contaminatus est escis eorum. Et quoniam memor fuit domini in toto corde suo, dedit illi deus gratiam in conspectu salmanasar regis, et dedit ei potestatem quocumque uellet ire, habens libertatem quecumque uellet facere. R.

Benedicite deum celi et coram omnibus uiuentibus confitemini illi quia fecit ...

Skatteboken aff Hauho, Tulos och Lampis Sockner udi Hauho Heredt och aff padasioki, Sysme och Tempse Sockner udi Offre herede. Anno 1563

N:o 12

coinquinari in iudicis et noluerunt infringere legem dei sanctam . et trucidati sunt . et facta est ira magna super populum ualde. In diebus illis surrexit mathathias filius iohannis filii simeonis sacerdotis ex filiis ioachim . ab ierusalem . et consedit in monte modin . et habebat filios quinque; iohannem qui cognominabatur gaddis . et symeon qui cognominabatur thasi . et iudas qui uocabatur machabeus . et eleazarus qui cognominabatur abaron . et ionathas qui congnominabatur apphus. hii uidebant mala que fiebant in populo iuda . et ierusalem. Et dixit matathias. Ue mihi ut quid natus sum uidere contricionem populi mei . et ciuitatis sancte . et sedere hic cum datur in manus inimicorum sancta . In manibus inimicorum extraneorum facta sunt . templum eius sicut homo ignobilis. Uasa glorie eius captiua abducta sunt . trucidati sunt in uenes eius ceciderunt in plateis . gladio inimicorum. Que gens non hereditauit regnum eius . et non obtinuit spolia eius. Omnis compositio eius ablata est . que erat libera facta est ancilla. Ecce sancta nostra et pulcritudo nostra.

et claritas nostra desolata est . et coinquinauerunt eam gentes. Quid prodest nobis uiuere. Et sciderunt mathathias et filii eius uestimenta sua . et operuerunt se ciliciis . et planxerunt ualde. Et uenerunt illuc qui missi erant a rege anthioco . ut cogerent eos qui fugerant in ciuitatem modin . immolare et incendere tura . et a lege dei discedere. post quam autem cessauit loqui mathathias uerba hec . accessit quidam iudeus in oculis omnium sacrificare idolis super aram in ciuitatem modin . secundum iussum regis. Antiphona

Quid prodest nobis uiuere ut uidere contricionem populi nostri et ciuitatis nostre alleluya. Collecta

Da quesumus domine populo tuo diabolica uitare contagia . et te solum deum pura mente sectari . per. lectio prima.

Et uidit mathathias et doluit . et contremuerunt renes eius . et accensus furor eius et insyliens trucidauit eum super aram. Sed et uirum.

quem miserat rex anthiocus qui
cogebat immolare occidit in
ipso tempore. et aram destrux
it. et zelatus est legem sicut fecit
finees zambri filio salomy.

Et exclamauit uoce l ii
magna dicens. Omnis qui
zelum habet legis statuens tes
tamentum exeat post me. Et
fugit ipse et filii eius in mon
tem. et reliquerunt quecumque
habebant in ciuitate. l iii

Tunc descenderunt mul
ti querentes iudicium
et iustitiam in desertum ut
sederent ibi. ipsi et filii eorum et
mulieres eorum et pecora eorum quoniam
indurauerunt super eos mala.

Et renuntiatum est uiris l iiii
regis exercitui qui erant
in ierusalem ciuitate dauid. quia
discessissent quidam uiri qui
dissipauerunt mandatum regis
in loca oculta in deserto. et a
bissent post eos multi. Et sta
tim peruenerunt ad eos et con
stituerunt aduersus eos prelium
in die sabatorum. l v

Et dixerunt ad eos. Resistitis
et nunc adhuc. exite et faci
te secundum uerbum regis et ui
uetis. Et dixerunt. Non exi
bimus. et non faciemus uerbum
regis. ut polluamus diem
sabatorum. Et concitauerunt ad
uersus eos prelium. et non res
ponderunt eis nec opilauerunt
loca oculta dicentes. Moriamur
omnes in simplicitate nostra.
et testes erunt super nos celum
et terra. quod iniuste perditis
nos. l vi

Et intulerunt eis belli
in sabato et mortui sunt
ipsi et uxores eorum et filii eorum et pe
cora eorum usque ad mille animas ho
minum et cognouit matha
thias et amici eius. et luctum
habuerunt super eos ualde.

Et dixit uir proximo
suo. Si omnes fecerimus
sicut fratres nostri fecerunt et non
pugnauerimus aduersus
gentes pro animabus nostris citius dis
perdent nos in terra. Et cogi
tauerunt in illa die dicentes.
Omnis homo quicumque uene
rit ad nos in bello die saba
torum pugnemus aduersus
eum et non moriamur omnes si
cut mortui sunt fratres nostri
in occultis. [illegible] lucam

I [illegible] successerunt ad ihm
[illegible] et interrogauit

Cumque aspicerem animalia apparuit rota super terram iuxta eos habens iiii facies. Et aspectus rotarum et opus earum quasi visio maris. Et una similitudo ipsarum iiii. Et aspectus earum et opus earum quasi sit rota in medio rotae. Per iiii partes earum euntes ibant. et non revertebantur cum ambularent. Statura quoque erat in rotis. et altitudo horribilis. aspectus. et totum corpus plenum oculis in circuitu ipsarum quatuor. R.

Sustinuimus pacem et non venit quesivimus bona et ecce turbatio cognovimus domine peccata nostra non in perpetuum obliviscaris nos. V. Peccavimus cum patribus nostris iniuste egimus iniquitatem fecimus. Domine

In illo tempore Erat quidam. [Marc.] regulus. cuius filius infirmabatur capharnaum. Et reliqua. [Omelia] Lectione sancti euangelii quam modo audistis fratres karissimi hoc solum mihi in expositione [illegible] detur requirendum [illegible] bis qui ad salutem petendam [illegible] audiunt. nisi signa et prodigia videritis non creditis. R.

Misit dominus angelum suum et conclusit ora leonum. et non me contaminaverunt quia coram eo iustitia inventa est in me. V. Misit deus misericordiam suam et veritatem suam animam meam eripuit de medio catulorum leonum. Et non.

Qui enim salutem quere[bat] filio, procul dubio credebat. Neque enim quereret salutem ab eo, si non eum crederet [...] deum. Sed ineruditio[...] te quid petit. [...] cog[...] nesciret ualetis q[ui]a in fi[...] de dubitauit. Posset namque ut descenderet et sanaret filium eius. R.

Angustie michi sunt undique; quid eligam ignoro. Melius est michi incidere in manus hominum quam derelinquere legem dei mei. Si enim hoc egero mors michi est; si autem non egero non effugiam manus uestras. Melius.

Corporalem ergo presentiam domini querebat, qui in maiestate sua nusquam deest. Non enim perfecte credidit in eum, quem non putauit salutem posse dare nisi presens esset corpore. Qui crederet debuit solo iussu uerbi sui sanare posse filium suum. Sicut centurio fecit qui dixit: Domine dic tantum uerbo et sanabitur puer meus. R.

Laudabilis populus quem dominus exercituum benedixit dicens: Opus manuum mearum tu es, hereditas mea Israel. Israel si me audieris non erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum; ego enim dominus deus tuus.

Confidimus in domino Ihesu quia qui fecit in nobis opus bonum perficiet usque in finem Christi Ihesu.

Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset quia Ihesus ueniret, rogabat eum ut descen[deret]

Preciosa sunt thebeorum martirum uulnera sancti mauricii cum sociis suis qui sub maximiano mortem decreuerunt suscipere. euouae.

Omnipotens sempiterne deus coll. qui quanto nos infirmiores esse perspexisti tanto sanctorum martirum mauricii exuperii candidi uictoris. innocentii. uitalis copiosiori munisti suffragio. aut sub his constitutis nec ad delicta mala uictus non deficiamus aduersis per.

Regum mart. R. Quanta ex colendus est reuerentia sacer ille locus in quo tot pro christo martirum multo ferro cesi restiterunt. euouae.

A. Hii sancti uiri in rebus bellicis strenui et uirtute nobiles sed fide nobiliores permanserunt euouae.

A. Siquis uero deum cultum profiteri audebat. statim ad supplicia seua et necem rapiebatur. euouae.

A. Sub dioclitiano et maximiano imperatoribus cum per diuersas prouincias multi martirizati sunt. erat legio militum sex milia. sexcenti. sexaginta. sex uiri qui thebei nuncupantur. hii in auxilio maximiano uenerunt. armis potenti uiri in bellicis rebus strenui et nobiles uirtute sed multo fide nobiliores.

R. Sanctus mauricius legionem sanctam premonuit ad celestia regna properare ut beatus exuperius miles candidus et uictor beatus innocentius uictis meritis se sociauerunt.

V. Uiri fortes in armis sed fortiores fide sanctus mauricius cum

sociis suis qui sub maximiano

martyrium susceperunt. Beat[i] L vi

Si erga imperatores fortitudine. erga xpm certabant devotione. et euuangelica precepti non immemores. reddebant deo que sunt dei. et que cesaris cesari restituebant. Dum itaq; thebei sicut ceteri militum ad perhabendam xpianorum multitudinem. destinarentur. ipsi soli crudelitatis ministerium detrectare ausi sunt. atq; huius modi preceptis se obtemperare negabant. R

Sancta legio aga unensium mar

tirum dum resisteret ad

versariis sacro duce mau ricio

inter venientem im mortalitatis

com pendium ad quisie runt.

V Fla gra bat in beatissi mis mar

tirib; gloriosus ardor qua tru

cidanda ferro colla sub mit

tunt. Sac. L vii

Cum nuntiatum esset maximiano legionem hanc adversus mandata regia rebellem gravi indignatus furore exarsit. atq; ut eo facilius ceteris metum faceret. decimum quemq; ex eis gladio feriri iussit. At ubi ad thebeos denuntiatio ita pervenerat. vociferatio passim in castris exorta. ad firmamentum numquam se ulli tam sacrilegio ministerio consensuros. sed ydolorum prophana detestari. et unum eternitatis deum adorare debere. R

Martires thebei nobiles vir

tute nobiliores fide eu

uangelici precepti sub ar mis ne

quaquam in memores redde

bant que dei erant deo et

que cesaris resti tuebant.

V Eodem erat tempore in ex

legio militum. que thebei a
pella ban tur. Et que. R. iiii
Nos pugnare ad versus impios
scimus laniare pios et conci
ves penitus ignoramus. euouae.
Tenemus ecce arma et non re
sistimus quia magis mori quam
occidere parati sumus. euouae.
Cumque iussi ad sanctam legio
nem venisse stringerunt in sanc
tos martyres crudelis impio
ferrum. euouae. R. iiii
His inde compertis maximi
anus omni belua cruentior ad maiorem etiam seviciam
redit. Iterumque imperat decimus
ut ex gladio punirentur. Re
liqua vero militum multitudo
mutuo se instigabat. ut in incep
to opere preclaro permaneret. R.

Traduntur neci quos ordo
reperit numerandi leti percus
soribus; ceteri esse prebent sola
que inter eos erat de glo
riose mortis ac cessione con
tentio. Cantabantur que
beata corpora et deo votas
deo animas fideli morte
Ip confessione commendabant. Probe
ncitamento tamen maxime R.
fidei in hac legione mauricius
primicerius fugit. Et post eum in
ter ceteros plures exuperius candi
dus senatores militum fuerunt.
Qui omnes pari fide et devotio
ne contubernales suos per divinis
legibus et pro fide christi si necessitas ac
cidisset mori viriliter suadebat.
suosque socios imitari. qui iam
ad celum migraverant. quia flag
rabat in beatissimis viris gloriosus ardor. R.
Inclitus martir mauricius.

maximiano dixit milites su-
mus imperator tui sed tamen ser-
vi esse profitemur dei tibi mi-
litiam debemus illi innocentiam
a te stipendium laboris accepimus
ab illo vite eterne gau-
dia pie optamus. Habes
nos confitentes deum patrem
omnipotentem filium que eius
unigenitum dominum nos-
trum. Ab illo R VI

Cumque talia maximianus
audisset obstinatosque eorum
animos in fide christi cerneret omnes
pariter una sententia interfice-
re iussit. Sic interfecta est illa
legio angelica. que ut credimus
cum angelorum legibus dominum colau-
dant in excelsis. dominum saba-
oth. Victor autem quidam
non eiusdem agminis erat.

hic cum iter ageret iuxta eos
qui leti epulabantur. iuxta
martirum spolia sponte se
christianum esse professus est statimque
ob irruentibus interfectus cete-
ris que martiribus sicut morte
ita est etiam honore coniunc-
tus. R

Hanc igitur milites christiane
religionis ritum orientali tra-
ditione sus ce pe rant ab
ierosolimitano urbis episcopo.
fidei que sacre uirtute armis
omnibus pre po nebant. Eruntem
christianitatis fidem quam acce-
perant con fir mantes ut ante
gladiis perirent quam sacram
fidem uiolarent. fides. Vene-
runt commilitones optimi
secularium quidem bellum

Fatebures Regenskap Vlä Häris och Monas Gårdher Pro Anno 1563.